

Johann Bernhard Quistorp

**Programma Passionale Qvo Ad Dies Qvadragesimales, Piæ Passionum Ac Mortis  
Jesu Christi Salvatoris Mundi ... Cives Academiæ Qvædam De Internis Animi  
Motibus, Qvi Ex Seria Operis De Redemtione Jesu Christi Contemplatione Oriri  
Possunt Et Debent, Præfatus Pro Officio Suo Excitat Et Adhortatur**

Rostochii: Typis Johann. Jacob. Adleri, [1745?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004033877>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

—  
1745 Fasten

A— 1256. <sup>280.</sup>

R 1745

PROGRAMMA PASSIONALE  
QVO  
AD DIES QVADRAGESIMALES,  
PIÆ PASSIONUM AC MORTIS  
JESU CHRISTI SALVATORIS MUNDI ACERBISSIMARUM  
CONSIDERATIONI SALUTARI DESTINATOS  
DEBITA DEVOTIONE PERAGENDOS  
*CIVES ACADEMIÆ O. O. HONORATISSIMOS,*  
QVÆDAM DE INTERNIS ANIMI  
MOTIBUS, QVI EX SERIA OPERIS  
DE REDEMPTIONE JESU CHRISTI CONTEMPLATIONE  
ORIRI POSSUNT ET DEBENT,  
PRÆFATUS PRO OFFICIO SUO EXCITAT ET ADHORTATUR  
JOHANNES BERNHARDUS QVISTORPIUS,  
MED. DOCT. PROF. PUBL. ORDIN. AC POLIATER,  
HODIE ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTOR.  
ROSTOCHII,  
TYPIS JOH. JAC. ADLERİ, SEREN, PRINC. ET ACAD. TYPGR.



M - 1256 280

PROGRAMMA PASSIONALIS  
AD DIES QVADRAGESIMALES  
HIE PASSIONIS AC MORGENS  
IESU CHRISTI SALVATORIS  
RIS MUNDI VENERABILITATIS  
CONFRATERNITATIS DESTINATIS  
DE REDEMPTIONE HERCULANOBUS  
QVADRAGESIMA DE INTERNS ANNIS  
MONTIS, QVI EX SERIA OPERIS  
DE REDMPTIONE IESU CHRISTI CONTEMPLATIONE  
QVADRAGESIMA DE INVENTIONE  
JOHNINVS BERNHARDVS GASTORPIVS  
MED. SCVL. ROL. TUR. ORDN. AC FORTITR.  
HODIE VACDEVME ROSCOHEINR REGIOR.  
A 10 3 T O C H T I  
Tunc Joh. Iac. Adrie. Seren. Trinc. Et Acad. J. L. C.





## Q. D. O. M. B.



uibus Vosmet, Cives O. O. Honoratissimi! piis meditationibus ad tempus quadragesimale devota mente celebrandum excitem? Infinita sunt maximi ponderis argumenta, quæ non minus animum sciendi cupidum, quam veræ pietatis studiosum alere posse videntur. Hinc sit, ut in illa argumentorum copia electionem instituturus diu multumque hæream, & quodnam vestro desiderio festisque quadragesimis pie peragendis sit convenientissimum, incertus maneam. Veteres bacchanalium ritus & consuetudines, quo nomine & titulo ceremonie istæ magis gentiles, quam Christianos decentes insigniri merentur, re-censere & superfluum esset, nec juvaret, cum uberrimam in iis colligendis messem Vir Consultissimus & Doctissimus Dn. J. P. SCHMIDT, Collega noster Honoratissimus Aestumattissimus, in elegantissimo suo tractatu sub titulo *Fastelabends-*

( 2

Samm.

Sammlungen; fecit, & menti cœlestia hoc tempore siti-  
enti non voluptatem, sed tædium creare possunt. Nec mi-  
nus, utrum sudor instar sanguinis ē corpore Salvatoris nostri  
ob peccata nostra ad mortem usque afflicti profluens natura;  
an miraculo quodam excitatus fuisset, occasione testimonii  
Spiritus sancti Luc. XXI, 44. inquirere possem, nisi veren-  
dum esset, ne Vobis magis curiosus, quam pius esse viderer.  
Longe autem meliori jure cogitationes nostræ, in memoriam  
passionis & mortis Christi, disquisitione de aqua & sanguine,  
ex perfonso mortui Redemptoris latere, verissimo teste  
Joanne Cap. XIX, 34. profluente, exerceri possunt. Maxi-  
mum enim mysterium & indubium pro JESU Christo vero  
Messia argumentum in illo effectu contineri ex i Joh. V. 6.  
cognoscimus. Quapropter attentionem meam in primis  
huic quæstiōni, non diffiteor, destinaveram, quædam ad fi-  
dem nostram, partim accendendam, partim alendam laudabi-  
li nostro instituto præfaturus: cum veritatum ad medicinam  
spectantium exploratores præceteris testimonium perhibe-  
re possunt, an aqueus in Pericardio latens humor & sanguis  
vel potius crux in defuncti corpore residuus ad effectum  
hunc plane singularem naturali modo explicandum suffi-  
cient. Cum autem in Positionibus quibusdam medico - bi-  
blicis illam materiam Experientissimus ac Doctissimus Doctor  
& Professor GEORG. CHRISTOPH. DETHARDINGIUS,  
Collega meus Honoratissimus penitus exhausit: illas alle-  
gare, quam acta reagere duxi consultius. Posset ex historia  
Passionis JESU Christi humano generi salutaris justitia DEI  
infinita plana reddi; posset ostendi, justissimi DEI, lapsu ho-  
minis læse majestati non, nisi redemptore homine simul &  
DEO sive Theanthropo, fieri satis; posset denique effici, ut ob-  
edientia Christi & activa & passiva tantum homines redi-  
mi potuisse cognosceretur. Sed mihi adeo felici esse non  
lucuit, ut intima sacro sanctæ theologiae penetralia adire  
potuissem & ex infinito veritatum cœlestium thesauro ea de  
promere. Hinc illas sublimes veritates in scriptis cœlestium  
docto.

doctorum veterum pariter, ac novorum passim obvias legere & perscrutari, quam lingua iis minus assueta proponere malo. Ad aliud argumentum, quo & munus meum, & votum omnium piorum impleam, progrediar, quod partim vires meas non excedit, partim scopum publicis his adhortatoris scriptis intentum proxime attingit. Inter elementa religionis christianaæ de contritione & fide doctrina à divo refertur Paulo Hebr. VI, 1. ut adeo vitio & dedecori christianorum cuilibet vertendum esset, qui in illa ad suam salutem tam necessaria cognitione suam profiteri cogeretur ignorantiam. Ille, ille inquam fidei articulus est, ex quo nonnulla, quæ sua gravitate, momento ac necessitate sibi commendant, ad alendam nostram quotidiana pœnitentiam decerpere constitui. Potissimum autem sanctos animi motus siue affectus, quibus vera animi contritio & fides abundat, respiciam, & paucis, quinam, ac quomodo illi ex salutifera acerbissimæ Christi passionis consideratione ortum suum trahant, pro ingenii viribus inquiram. Ex recensione Evangelistarum fide dignissima afflictionum ac mortis Christi acerbissimæ non minus, quam ex aliis sacræ scripturæ locis apparet, ipsum filium altissimi in carne assumta infinitam iræ divinæ vim pœnasque inferni maximas, easque ratione intensionis suæ æternas, ad delenda nostra peccata ad mortem crucis usque sustinuisse. Et quis est christianorum, qui non noverit, ea omnia mala peccatis suis promeruisse, ipsique fuisse subeunda? Quis est, qui gravissimam DEI irram aut sustineri, aut evitari, aut justo divino dolori satis fieri potuisse credat? Quæ cum ita sint, animi hominum non possunt non perturbari, & motus, nescio qui, suo nomine quidam ingrati, nobis autem admodum salutares progigni. Cum malorum imminentium intuitus genuina mater non contemnendi habetur metus: illum ingratum terrorem animo, cui infinita & gravissima mala ob sua delicta quam atrocissima obversantur, injici dubium non est. Quem enim horror, pavor & conturbatio, tanquam filia metus non subeat,

eat, qui magnitudinem pœnarum infernalium, ob quas anima Christi ipsa, quam tamen divina virtus sustentavit, ad mortem usque in tristitiam coniecta est, sibi sifit præsentem? Quod si mens suo loco moveatur, & omnia excutiantur cogitata, prouti pavoris & conturbationis natura requirit: admodum non est mirum. Quo fit, ut & ob urgentem iram divinam, & atrocitatem factorum suorum vivide animo præsentem maxima affici possit tristitia, quæ in mero-rem, lamentationem, quid quod desperationem, nisi Deus il-lius hominis misereatur, abit certissime. Ut quisque enim præsentis & futuri mali gradum ejusque certitudinem intuetur: ita maxime variis tristitiae affectibus vexatur & angitur. Sed quorsum hæ animi perturbationes tendunt? Ut in men-te voluptas facinorosorum extinguitur scelerum, ejusque loco tedium erga peccata oriatur gravissimum. Sensus enim præsentis & futuri mali a delictis nostris proficiscentis tedium non potest non creare, idque maximum. Et cum in tristitiae præsentia a peccatis nostris ortæ natura veræ contritionis consistat: iis animi motibus, consideratione passionis Christi excitatis, adfidente Spiritu sancti gratia, vera progi-gnitur peccatorum pœnitentia. Nulla autem promovendæ salutis nostræ vis contritioni ineft, sed potius desperationi est proxima, nisi fide in Christum salutari sublevetur, ut in pœnitentiam nunquam pœnitendam evadat. Quid igitur pia & sacra ærunitarum Christi consideratio ad hunc omnium exop-tatissimum effectum confert? Nulla equidem alia in re magis suam exserit efficaciam & virtutem. Evangelista veteris testa-menti Jesaia, ne dicam de aliis, doctore, Messiam omnes affli-ctiones animi & corporis, quas universas novi fœderis Evange-listæ ne recensere quidem potuerunt, ad delenda nostra pec-cata, extinguendam Dei iram, & reatum peccati tollendum in se suscepisse cognoscimus. Ejusque vires huic maximo operi pares fuisse, cum nudus homo ad genus hominum redimendum se non obtulit; sed persona, quæ præter naturam humanam divi-na gavisus est natura, ut sibi afflictiones & facta humanæ naturæ appro-

( 0 )

appropriaret, iisque pondus adderet. Quod si quis autem in iis pie considerandis totus sit occupatus, quos animi motus, eosque gratissimos in eo excitari putemus: cum ea hominum est indoles, ut desiderio felicitatis teneantur? Is itaque historiam mortis Christi, ejusque finis mente contemplans, exhibitas ipsi promissiones avide arripit, nuntio isto salutari delectatur, & evitandi mala, è contrario infinita bona obtinendi spem capit. Quæ spes fiduciam demum gignit, cum de bono obtinendo certus evadat. Quid autem est, quod dubitet, magnum redemptionis opus suscepsum feliciter esse peractum? Sua enim resurrectione Salvator noster abunde demonstravit, se partim iræ divinæ satisfecisse, partim inferni portas effregisse, imperiumque Satanæ sustulisse. Et cum Deus & infinite bonus, & veracissimus, & justissimus est: nullum remanet dubium, quin Christus opus satisfactionis perfecerit, hominesque DEO reconciliaverit. Quia fiducia itaque animus impletus Christum apprehendet, & quo gaudio, natura enim fiducia ita est comparata, infinita bona, morte Christi ipsi parta intuebitur, sibique vindicabit? Sic salutari in Christum acquiescit fide, & verum corporis Christi membrum evadit. Attendite quæso A. O. O. H. quot, & quales affectus, sive motus animi grati & ingrati hoc modo in anima Christo addictorum oriri possint. Se iram divinam, omniamque malorum & penarum genera evitasse lætatur; peccata remissa, jura filii DEI parta, seque cælorum hæredem factum gaudet. Cumque majestatem divinam omnium perfectionum & felicitatum complexum & fontem intuetur: amore in illo intensissimo fertur, qui consideratione beneficiorum à DEO filio redēptionis opere & à spiritu sancto, collatione vilium credendi sancteque vivendi exhibitorum intenditur, deque animo testatur gratissimo. Quemadmodum autem peccata & auctorem peccati, diabolum inquam, status misericordiæ sui & afflictionum ac mortis Christi, quem diligit, acerbissimæ unicam causam omni & capitali prosequitur odio: sic reliquos homines arctiori amicitia vinculo, ob communem stipi-

stipitem alterum Adamum Christum conjunctos, benevolo & fraterno amplectitur amore. Hi & alii sunt salutares illi animi motus, quos seria passionis ac mortis Iesu Christi contemplatio excitare potest ac debet. Et haec sunt piae meditationes his quadragesimis instituendae, a quibus modo dicti fructus exspectari possunt. Utinam nos omnes, his & aliis ejusdem generis impleti affectibus, praesentes dies, quos ecclesia voluit festos, devote celebraremus. Vos autem Civis & Commilitones Optimi! admoneo, hortor, quidquod precor, ut, quemadmodum sub meo regimine vosmet externe exhibuistis bonos & tranquillos, id quod non sine insigni animi motu & laetitia praedico: sic non in his affectibus solum externis agere pergitatis, quod vestri est officii; sed ut etiam DEO, Redemptori que vestro debitum praefetis honorem, & praesens tempus quadragesimale seria penitentia aliis que Christiano dignis virtutibus peragatis.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus

Dabam d. 28. Februar. Anno Christi MDCCXLV.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1004033877/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004033877/phys_0012)

DFG

appropriaret, iisque pondus adderet. Quod si quis au-  
pie considerandis totus sit occupatus, quos animi m-  
que gratissimos in eo excitari putemus: cum ea  
est indoles, ut desiderio felicitatis teneantur? Is  
istoriam mortis Christi, ejusque finis mente contem-  
hibitas ipse promissiones avide arripit, nuntio if  
delectatur, & evitandi mala, è contrario infinita  
nendi spem capit. Quæ spes fiduciam demum gi-  
de bono obtinendo certus evadat. Quid autem  
dubitetur, magnum redēptionis opus suscepimus fe-  
peractum? Sua enim resurrectione Salvator nosto  
demonstravit, se partim ira divinæ satisfecisse, pa-  
ni portas effregisse, imperiumque Satanæ sustulisse.  
Deus & infinite bonus, & veracissimus, & iustissimu-  
lum remanet dubium, quin Christus opus satisfa-  
fecerit, hominesque DEO reconciliaverit. Qua f-  
que animus impletus Christum apprehendet, & q-  
natura enim fiducia ita est comparata, infinita bo-  
Christi ipsi parta intuebitur, sibique vindicabit? Sic  
Christum acquiescit fide, & verum corporis Chr-  
brum evadit. Attendite quæso A. O. O. H. quot, &  
fectus, five motus animi grati & ingrati hoc mo-  
ma Christo addictorum oriri possint. Se iram di-  
miniaque malorum & pœnarum genera evitasse lat-  
cata remissa, jura filii DEI parta, seque cælorum hærede  
gaudet. Cumque majestatem divinam omnium  
num & felicitatum complexum & fontem intuetur:  
illo intensissimo fertur, qui consideratione benefi-  
DEO filio redēptionis opere & à spiritu sancto,  
vilium credendi sancteque vivendi exhibitorum i-  
deque animo testatur gratissimo. Quemadmodu-  
peccata & auctorem peccati, diabolum inquam, statu-  
mi sui & afflictionum ac mortis Christi, quem dilig-  
simæ unicam causam omni & capitali prosequitu-  
reliquos homines arctiori amicitia vinculo, ob co-

